

Sitzungsberichte

der

königl. bayer. Akademie der Wissenschaften
zu München.

Jahrgang 1870. Band II.

München.

Akademische Buchdruckerei von F. Straub.

1870.

In Commission bei G. Franz.

Herr Hofmann theilte mit

c) „Fragmente eines lateinischen Glossars.“

Vor längerer Zeit fand ich auf einem Bücherdeckel der Münchner Universitätsbibliothek die folgenden Bruchstücke einer Handschrift des XIV. Jahrhunderts, die sich bei näherer Untersuchung als einem Glossare angehörig erwiesen. Am nächsten stimmen sie zu dem von Angelo Mai, *Classicorum Auctorum e vaticanis codicibus editorum* tom. VIII (Romae 1816,) herausgegebenen *Thesaurus novus Latinitatis sive lexicon vetus e membranis nunc primum erutum*, doch decken sie sich keineswegs völlig damit. Deshalb schien ein Abdruck, wenn man einmal überhaupt von dem Funde Notiz nehmen wollte, sich mehr zu empfehlen, als eine Collation, die auch, um ganz genau zu sein, ziemlich den gleichen Raum bei geringerer Anschaulichkeit eingenommen hätte.

a.

adverbium calculatim. id est numeratim. Item a calculo propter parvitatem. hic calculus ci. i (id est) quarta pars obuli (sic). et est minima pars ponderis. et hoc caldicum. ci. id est foris deambulatorium quod et peribubulum¹⁾ dicitur et hic calculus li. lapis qui in vesica fit. unde calculosus. a um. qui talem patitur infirmitatem. Item a calco. as hec culcitra quasi calcitra quod calcetur et farciatur plumis vel a colo is quia colatur diligenti cultura. Item a calco. as. hic calcula id est lixa. vel servus militum vel nuncius (l. nuncius) cursatilis. unde Plautus, video calculam militare (sic). calco componitur conculco. as. deculco. as quod et de calco invenitur id est opus tectorum dealbare. exculco. as. inculco. as. proculco. as. reculco. as. et sunt omnia activa eorum

1) lies peribolum = περιβολον = Corridor.

significationes facile est colligere. Calvo. as. are. id est aliquem calvum facere sed non est in usu. sed inde dicitur hic calvus. vi. et adiective invenitur calvus. a. unde hic calvulus. li di(minutive) et hic calvaster. tri. similiter di(minutive) et hec calvicies. ei. et calviciium. cii. et hec calvaria. e. id est locus patens super duo supercilia unde in evangelio legitur. quod locus in quo latrones decapitabantur locus calvarie appellabatur propter scilicet calvarias abscisorum capitum que ibi iacebant. vel propter ossa calva existencia ibi. Item a calvus. calvo. as. ui. ire. id est decipere verbum activum et caret supino. deberet enim facere calutum sed non invenitur et tractum est a calvo qui quodammodo decipit videntes per galerum suum vel alio coopertorio unde cavillos as quod et cavillor. ris. invenitur et est diminutivum et deberet dici cavillo as. sed subtrahitur. dicitur cavillo. as. id est aliquantulum decipere et.....
.. bum hoc max(ime) ad sophystas qui ver(um neg)ant vel falsum scienter affirmant.....

b.

(cane)bant. aliquando metricè describere quomodo accipitur in principiis poetarum et est poetarum. sicut dicere est prosaicorum et in duabus primis significationibus est enim in aliis activum unde verbale et hic cantus. tui. unde cantilena. quod videtur esse compositum a cantus et lenis. non enim dicitur esse cantilena nisi sit cantus dulcis et lenis. et suavis et non asper. et hoc canticum. unde quidam liber intitulatur per excellenciam cantica. orum. et canto. as. verbum frequentativum a quo descendit aliud frequentativum scilicet cantico. as. unde Augustinus de civitate dei. ludi cecini. ubi hec dictitantur. canticantur. canto componitur acanto. as. id est iterum vel iuxta cantare. concanto. as. id est simul cum alio. et simul plura decanto. as. id est valde cantare. et discanto. as. et excanto. as. id est discan-

tare. et incanto. as. et recanto. as. id est iterum vel retro cantare. Item a cano hic canusius. verbosus. loquax. dicax. semiverbius, multilinguis multirepus et hic cantus. ti. pro cantu. et pro meditullio rote vel quod est melius curvatura et circumferencia rote. scilicet lignum quod terram calcat cui radius infigitur. unde Persius: vertentem sese frustra sectabere cantum. et hic canor. ris. id est sonus. unde canorus. a. um. et hic cantarus. quoddam vas vinarium. scilicet crater qui cantando portatur. unde Josephus de antiquitatum hysto. in VII^o ex quo Salomon cantaros optimos fecit cum templum edificaret. invenitur etiam et hic incanterius. rii. id est equus castratus. unde Plautus. ego faxim ut mali qui superant equi sternent vili(or)es gallicis canteriis. Item a cano hec came (na) id est cantilena vel musa. quasi canens amene et ntes. cium. id est fistule organorum in quibus cantus vel ut Marciano placet Cantes dicuntur dee unde idem ait. quippe ille Cantes dice(bantur) d apprehenderant venustabant. et apre

c.

(a prae)terito. scilicet cecini. hic cingnus quia bene cantat. unde hic cingnulus. li. diminutive et cingninus a. um. et cingnitus. tus. tui. vox cingni et secundum quosdam concinnus. a. um dicitur a cingno id est consors (l. concors) et consonans sicut cantus cingnorum. set de hoc postea dicetur.

Item a cingnus dictus est quidam amnis. Cilicie. hic Cingnus tum quia miram habet aquarum suavitatem. tum quia autumpno et estate. quando nives solvuntur. tumescit. quadam enim lingua quitquid candidum est. dicitur cingnus. reliquis anni temporibus tenuis est et quietus.

Item a cano hec canna. quia ea canitur. unde hoc cannetum. ti. id est locus ubi canne crescunt. et hec canula et hec camella (sic) ambo di(minutive) et hoc cannabum.

bi. propter similitudinem canne. vel a greco canabin (sic) quod Greci dicunt. unde hec canabis. bis. pro eodem et pro corda inde facta. unde Persius. tibi torta canabo fulto cena sit instrumento.

Item a canna hec cannalis et hoc. le. quia cava sit in modum canne. et hec cinamum vel cinamomum. et est brevis arbuscula cuius fructus dicuntur stacte. et dicitur cin. uel. ci. quia cortex eius in modum cannarum sit rotundus et tenuis.

d.

.. (in)venitur pro deridere. vel contendere. vel conuiciose iocari. vel calumpniari. Item a calvo. vis. hec cavilla. e. id est cavillacio vel contencio. rixa. unde Plautus. pone hoc sic cavillam et hec calumpnia id est falsi criminis accusacio vel iurgium aliene litis. unde calumpnior. aris id est reprehendere. falso accusare set antiqui dicebant calumpnio. as. et calumpnosus. a. um. calvo. as. componitur decalvo. as. calvum facere. vel decapitare et calvariam auferre.

Calcos dicunt Greci et vertitur in latinum et dicitur hic calcus. id est fex vel es. unde hec calcosmaragdus quedam gemma. quia sit viridis et turbida ereis venis et hic calcitus. ti. aliqua gemma erei coloris et hec calcophanis. similiter gemma et est nigra set lapidi illisa eris tinnitum reddit. et hoc calcantum quoddam genus coloris dictum sic quia calcis . . . est . . um id es flos. unde et apud Latinos eris flos appellatur et est genus glebarum ex aquis sicut et vitrum et sal et auricalcum dicitur a calcos quod supra diximus. Calcica gemma est. Circa est genus unguenti.

Cap genus fictilis vasis. Calcasis genus tunice
